

SECUNDUM

1111 L XV 11 ℌ XV ℣ XVII

Ihs autem plenus spū sco regressus est a Iordane.
& agebatur In spū In deserto diebus quadraginta.
& temptabatur a diabolo.

L XVI V ℌ XVI

Et nihil manducauit In diebus illis. & consummatis
illis esurijt. Dixit autem illi diabolus. si filius dei
es dic lapidi huic. ut panis fiat. & respondit ad illum ihs.
scriptum est. quia non In pane solo uiuit homo. sed
In omni uerbo dei. & duxit illum diabolus. & ostendit
illi omnia regna orbis terrae In momento temporis. & ait ei. tibi dabo potestatem hanc uniuersam.
& gloriam illorum. quia mihi tradita sunt. & cui
uolo do illa. tu ergo si adoraueris coram me. erunt
tua omnia. & respondens ihs. dixit illi. scriptum est.
dnm deum tuum adorabis. & illi soli seruies. & duxit
illum In hierusalem. & statuit eum supra pinnam
templi. & dixit illi. si filius dei es mitte te hinc deorsum.
scriptum est enim. quod angelis suis mandauit
de te. ut conseruent te. & quia In manibus tollent
te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
& respondens ihs. ait illi. dictum est. non tentabis
dnm deum tuum. & consummata omni tentatione diabolus recessit a illo usque ad tempus.

L XVII I ℌ XVIII ℣ XVII 10 XLVI

Et regressus est ihs In uirtute spūs In galilaeam. &
fama exiit per uniuersam regionem de illo. & ipse
docebat In synagogis eorum. & magnificabatur
ab omnibus.

L XVIII X Sol

Et uenit nazareth ubi erat nutritus. & intrauit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
MANCHESTER 1824 The University of Manchester
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Copyright of The University of Manchester, John Rylands Library 2013
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/jrl_latin-ms-9/0196